

Angers 37 (lat)

INCIPIT EPISTOLA QUEM PATER ET MATER FACIT IN FILIO

Licet unicuique de rebus suis, quas in presente seculo videtur^a tam ad sanctorum^b loca seu parentum meliorare, et lex manet et consuetudo longinquam^c percurrit, facere quod voluerit. Idcirco:

Ego in Dei nomen **illi** et cogive mea **illa** dulcissima^d et a nobis cum integra amore diligendo filio nostro **illo**. Dum in omnibus et per omnia et super totum nobis fideliter servire videras^e multas penurias et iniurias^f per deversa loca pro nostra necessitate successisti et in utilitate donorum^g partibus Brittanici seu Wasconici austiliter ordine ad specie mea fuisti; proinde convenit nobis, |¹ ut aliquid de facultatis nostra te emeliorare deberent. Quod ita et fecerunt. Ergo transcrivimus tibi mansello nostro **illo** super terraturio vir inluster **illo**; et hoc cum domebus, hedificiis, mancipiis, viniis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque [decursibus]^h iunctis et abieciis, quantumcumque ibidem nos tenere visi sumus. Hoc ad die presente perpetualiter ordine tradimus ad posedendum et hoc est abendi, tenendi seu conmutandi, posteris tui, vel ubi tua decrederitⁱ voluntas^j derelinquendi. Et ubi aliubi ex nostra sine epistolis oblegatum et infantis nostris remutarent^k tu cum ipsis equalis lance^l devidere facias. Et in hanc |² paginola intimare convenit, si nos ipsi aut eredis seu propinquis nostris aut militan[te]s^m extraneas personas, qui contra hanc epistola aliqua querilla, molestia aut refrecacione contravoluerimusⁿ soledus **tantus** tibi sociante fisco conponat et nihhil vindecit quod repetent^o et hec voluntas nostra cum manus nostras roboratas omni tempore cum lege Aquiliani nec debeat esse inconvulso.

^aviditur] *lies* [esse] viditur; [habere] viditur *ergänzen Mab, Zeu*

^bsanctorum] *scm Fu₂*

^clonginquam] *lies* longinqua [tempora]

^ddulcissima] *Zeu bezieht* dulcissima *auf* filio *und schlägt vor*, *dulcissimo zu lesen*

^evideras] = *videris*

^finiurias] *nach* iniurias *expungiert de Fu₂*

^gdonorum] *domnorum emendiert Zeu*

^hdecursibus] *ergänzt, fehlt Fu₂, so auch Mab, Zeu*

ⁱdecrederit] = *decreverit; decreverit emendiert Mab*

^jvoluntas] *volōtas Fu₂; volomtas ediert Zeu*

^kremutarent] = *mutarent*

^llance] *für* *lanciae Fu₂*

^mmilitantes] *für* *militans Fu₂*

ⁿcontravoluerimus] *contra voluerimus Zeu*

^orepetent] *lies* *repetat*

¹[fol. 162^v]

²[fol. 163^r]